Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fiunt de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducaverant quatuor milia hominum extra mulieres et parvulos. Off. Sicut in holocausto. Secr. Oblatis quaesumus Domine placare muneribus et optata nobis tribue plenissime sufficientia auxilium. Per Dominum. Collecta hostias et introite. Com. In atria eius adorate Dominum in aula sancta eius. Cōpline. Celestibus refecti sacramentis quaesumus Domine ut terram quam tuis vidimus imbribus tabescentem congruenti facias irrigari inundatione pluviae. Per Dominum. Pro serenitate. Introitus. Si. Ant. Dominum servos. Collecta. Deus nos Domine clamantes audi et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua praevenientes clementiam sentiamus. Per. In diebus illis. I. Jeremie prophete. Dixit Jeremias. Consurge laudi in nocte in principio vigiliae. Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Leva ad eum manus tuas pro animabus parvulorum tuorum qui defecerunt in fame et in fame omnium compedium. Vide Domine et considera quem vindemiaris ita. Ergo ne comedent mulieres fructum suum parvulos ad mensuram palmae. Si occidetur in sanctuario Domini sacerdos et propheta. Inundaverunt aquae super caput meum. Dixi perii. Invocabo nomen tuum Domine de lacu novissimo. Vocem meam audisti ne avertas aures tuas a singultu meo et clamoribus. Appropinquasti in die quando invocavi te. Dixisti ne timeas. Audisti Domine causam animae meae. Defensor vitae meae Domine deus meus. Gradualis. Gaudi Domino. Alleluia. Domine refugium. Evangelium. In illo tempore. Factum est. S. Johem. In una dierum: et ipse ascendit in naviculam et discipuli eius. Et ait ad illos. Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt navigantes autem eis obdormivit. Et descendit procella venti in stagnum. et periclitabatur. Accedentes autem suscitaverunt eum dicentes. Praeceptor: perimus. At ille surgens increpavit ventum et tempestati aquae et cessavit et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vestra. Qui timentes mirati sunt ad invicem dicentes. Quis putas hic est. Qua ventus imperat et mari et obediunt ei. Off. Speraverunt in te. Secr. Propitiare nobis quaesumus Domine gratia tua